UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Simone sacerdote. Cap[itulum]. vi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

Demetrium vicit: quem princeps regis perfidis viuum cepit: ⁊ apud hyrcaniam in cuſtodia poſuit. Antiochus autem frater demetrij hoc audiēs: qui in aſia educatus fuerat venit in ſyriam. Exceptus ab omnibus cum fauore: perſecutus eſt tryphonem: qui regnū occupauerat: eoqꝫ fugato regnauit in ſyria. Simon autē dux iudeorum dilatatis finibus ſuis: ⁊ facto portu in ioppe cum haberet tunc pacem: miſit ad lacedemonios ad innouādam fraternitatem. Romanis quoqꝫ miſit clypeum aureum: et recepit ab eis amicabilia ſcripta de amicitia et vnione confirmata. Cum ergo antiochus rex ſyrie tryphonem apud doram obſediſſet: ⁊ miſit ei ſimō machabeus duo milia virorum in auxilium: et argentum ⁊ aurum multum. Qui noluit ea recipere: ſed fregit pactum: quod fecerat cū ſimone: anteqꝫ rex eſſet conſtitutus: miſitqꝫ ad eum anthenobium militem: mandans vt reddat ſibi arcem: que erat in hieruſalem: ioppem: ⁊ gazā: atqꝫ tributa locorum: quibus dominatus fuerat: alioquin veniret contra eum. Cūqꝫ veniſſet anthenobius hieruſalem: ⁊ vidiſſet gloriam et apparatum ſimonis: ⁊ affluentiam auri ⁊ argēti: miratus eſt. Cui ſimon conſtanter contradixit: ⁊ eum vacuum ad regem remiſit. Qui rediens regi retulit verba ſimonis ⁊ gloriam eius. Cum autem iam tryphon de dorā fugiſſet. Auditis rex ſermonibus ſimonis: tryphonem inſecutus eſt: relinquens cendebeum ducem exercitus: vt expugnaret iudeam. Qui cendebeus cedronem edificauit: ponens in ea milites: vt vaſtarent fines iudee. Simon autē dux ⁊ pontifex iudeorū cum iam ſenuiſſet: vocatis duobus filijs ſuis maioribꝰ iuda ⁊ iohanne: poſuit eos loco ſui: vt pugnarent pro populo dei: deditqꝫ illis viginti milia pugnatorum: qui profecti ſunt aduerſus cendebeum. Cumqꝫ veniſſent ad quendam fluuium: timebant tranſire: ſed iohannes prior tranſiuit: et ſecuti ſunt eum omnes. Conuerſuſqꝫ eſt cēdebeus in fugam et caſtra eius. Ceciderūtqꝫ ex eis duo milia virorū. Et reuerſi ſunt filij ſimōis victores. ¶ Poſt hec aūt prolemeus filiꝰ abobi: qui erat dux cōſtitutus in hiericho: cū eſſet gener ſimonis ducis iudeorū: inuitato eo ad prandiū hiericho: occidit eum cum duobus filijs iuda et ionatha in dolo: vt principatum obtineret. Miſit quoqꝫ nuncios occupare hieruſalē: ⁊ alios in gazā: vt interficerent iohannē. Sed precurrens quidā in gazam: nūciauit iohanni que facta fuerant. Qui feſtinauit occupare hieruſalem: occiditqꝫ eos qui venerant eū perimere. Et factꝰ eſt dux pontifex iudeorum poſt patrē: qui etiā corpora patris ⁊ fratrū precio redēpta ab his qui erāt in hierico: ſepeliuit in tumulo paterno in ciuitate modin: vbi et iudas et ionathas depoſiti fuerant. Hec vnde ſupra.

¶ De ſctō Johāne machabeo. Cap. v.

Johannes machabeus cognomine hyrcanꝰ dux ⁊ pontifex iudeorū filius ſupradicti ſimonis poſt mortē patris i ducatu iudeorū ſucceſſit. Quē ioſephꝰ i tribꝰ commēdat: ſcꝫ in religione ſacerdotij: in ſtrenuitate ducatus: ⁊ quia vir propheta erat. Qui accepto ducatu inſecutus eſt prolemeū: qui patrem eius dolo interfecerat: ⁊ matrē ſuā cum duobus paruulis tenebat in vinculis: ⁊ cōfugerat ad oppidū vltra hierichonta: quod vocabatur agon. Obſeſſo quidem oppido: cum iohānes ipſum acriter impugnaret. Prolemeus matrem ⁊ fratres iohannis ſuper muros vſqꝫ ad ſanguinis effuſionem cedebat. Propter qđ fractus pietate iohannes ab impugnatione ſe temperabat: matre tamē clamāte ne ꝓ ſe ſcelus prolemei ſineret inultum. Mortē em̄ ſuā ſic iudicaret immortalitatē meliorē. Ob hoc diutiꝰ tracta obſidione: cū ſeptimus annus iudeis feriatus veniret: iohannes ab obſidione receſſit. Prolemeus ꝓ matre ipſius et fratribꝰ occiſis cōfugit ad zenonē philadelphie tyrannum: qui totilla cognominabat. ¶ Deinde iohānes aduerſus hircanos bellū gerēs: ⁊ eos deuincens: hircani nomē accepit: ⁊ a romanis ius amicitie poſtulās decreto ſenatꝰ inter amicos relatꝰ eſt. Poſtmodū aūt ſamariā que nūc ſebaſte vocat̄ obſidione captā: ſolo coequauit: quam ſuo tempore herodes inſtaurās: ſebaſten in honore auguſti vocari voluit. Hic primus inſtituit xenodochiā pauperū in hieruſalem. Et mortuus eſt annis. xxxiij. rebus optime adminiſtratis: relictis quīqꝫ filijs: ſcꝫ ariſtobolo ꝑmogenito: ⁊ antigono cū tribus alijs. Cūqꝫ nullus eorū ad regendum populū ſufficeret: vxorē ſuā diſertiſſimam iudee prefecit et filijs. Sepultuſqꝫ eſt in modin. Hec ex hyſtoria ſcholaſtica: ⁊ ex chronicis ioſephi: hieronymi atqꝫ guilelmi.

¶ De ſancto Simone ſacerdote. Cap. vi.

Simō ſacerdos filius onie tēporibꝰ machabeorum in iudea claruit: de cuiꝰ ſanctitatis ⁊ ſtrenuitatis cumulo: m̄lta laudabilia Eccleſiaſtici q̄nto capl̄o leguntur. Qui templū domini in hieruſalē nō ſolum reparauit: ſed cultu mirabili ampliauit. Doctrina etiā diuine legis in pp̄lo floruit: ſub ieſus filius ſirach ſapiētie librū cōponēs: qui eccl̄iaſticus dicit̄: vocauit eum panarceton:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſimonis etiã ipſius in eo: vt dictũ eſt: laudabilẽ faciens mentionẽ. Qui tẽpore antiochi magni regis egypti: iudeoꝝ poſtmodum perſecutoris in pace ſenio vitam finiuit. Hec ex libro eccleſiaſtici: ⁊ ex chronica guilelmi.

¶ De ſancto Onia ſacerdote. Cap. vij.

Onias ſacerdos iuſtiſſimus fili⁹ ſupradicti ſimonis: cuius laus ex ſcđo machabeoꝝ libro colligitur: ⁊ inter ſanctos teſtamenti veteris a ioſepho cõnumerat̃: prefatis patribus ꝯtẽporaneus extitit: cuius opere ac pietate cum ſancta ciuitas in omni pace habitaret̃: ⁊ tẽplum dñi a regibus gentiũ oblatiõibus multis veneraret̃: offenſo onia pontifice cõtra ſimonẽ templi prepoſitũ. Simõ ad apoloniũ ducem celeſyrie ⁊ fenicis cõfugit: ⁊ mltis ſibi ꝓmiſſis muneribꝰ ſacerdotiũ ſibi vẽdicare cepit. Quo audito ſeleucus philopator rex ſyrie miſit heliodorum militem ſuũ in hierl'm ad ſpoliãdum omne erarium templi: non vaſa: ſed donaria in vſus templi. Quo tẽplũ ingreſſo: apparuit terribilis ſeſſor equi ⁊ cõculcabat eũ: duoq; iuuenes ſplẽdidi: quos ioſephus ãgelos fuiſſe aſſerit: eidẽq; apparuerũt: qui dextra leuaq; ſeſſorem equi circũſtantes: heliodoꝝ ad mortem flagellauerũt. Timẽs autẽ onias indignationem ſeleuci: obtulit ꝓ heliodoro ſacrificiũ: ⁊ orauit ad dñm. Statimq; ille ab angelis dimiſſus eſt: dicẽtibus ei: ꝙ orationibus onie eidẽ deus vitã donaſſet: qui ꝯtinuo ſurrexit illeſus: ⁊ ad regẽ rediens cũcta geſta narrauit. ¶ Tempore autẽ antiochi regis: cũ onias vidiſſet mala q̃ fiebãt in hierl'm populo iudeoꝝ ad gẽtilitatẽ ꝑuerſo. Et quia duo fratres eius: ſcilꝫ iaſon ⁊ menelaꝰ de põtificatu cõtendẽtes vt placerẽt antiocho ad ritus gẽtiũ declinaſſent. Iuit ad antiochũ regem in antiochiã tẽtare cupiẽs ſi poſſet eius animũ immutare: quod cum nequiſſet: ſedebat apud antiochiã in aſylo. Cum aũt ꝗnquẽnalis agno apud tyrũ celebraret̃: ⁊ rex ſyrie antiochꝰ ibi eſſet: iaſon qui pontificatũ in hierl'm ab eo emerat: miſit regi. ccc. argenti drachmas in ſacrificijs herculis. ¶ Poſt hec veniẽs antiochꝰ hierl'm: cũ ſuſceptus eſſet a iaſone honorifice: tãtũ fecit menelaus frater iaſonis ⁊ onie: ꝙ ipſe ſacerdotiũ a rege haberet: ⁊ iaſon in exiliũ miſſus eſſet. Deinde menelaus faciens conuocari oniã de aſylo: in quo erat apud antiochiam in hierl'm datis andronico: cui antiochus iudeam commiſerat regẽ. Iam quibuſdam vaſis templi que furatus fuerat: fecit oniam per eundẽ andronicum occidi. Cuius ſedis cum querela ad regẽ hieroſolymam redeuntẽ: delata eſſet: recordatus viri ſanctitatẽ fleuit oniam: ⁊ andronicum purpura exutũ: ⁊ per totã ciuitatem circunductum: in eodem loco quo oniã ꝑemerat. occidi iuſſit. Hec ex ſecũdo libro machabeoꝝ: et ex alijs quibus ſupra libellis.

¶ De ſctõ Eleazaro martyre. Cap. viij.



Eleazarꝰ martyr vnꝰ ex prioribus ſcribarũ hieruſalem machabeis contẽporaneꝰ ſub antiocho rege iniquo ne legem domini ſanctam violaret martyriũ paſſus eſt. Et in ſecũdo machabeoꝝ de martyrij tolerãtia cõmendatur. Cum eñi eſſet etate ꝑuectus compellebat̃ ſuillas carnes ſacrificij manducare. Quidam ꝓ amici eius veteres carnes licitas ſecreto afferentes rogabant: vt ſimularet ſe ad regis imperium mãducare carnes porcinas. Quod renuẽs aiebat ſe velle exemplum forte adoleſcẽtibus mortis relinquere: ne illicita ſimulando alios ſuo exẽplo ad nefaria prouocaret. Sicq; etiam odium ſe diligẽtium incurrit. Et plagis multis perẽptus memoriam mortis ſue: et exemplum fortitudinis dereliquit. Hec vnde ſupra.

¶ De ſancto Remigio epõ. Cap. ix.

Remigiꝰ epũs remeñ. tẽpore clodouei regis frãcoꝝ in gallijs claruit. Qui ex eadem vrbe ⁊ nobilibꝰ parentibus exortus: a quodam heremita naſci taliter eſt preuiſus. Cum eñi vandaloꝝ ꝑſecutio fere totam franciã deuaſtaſſet: ⁊ quidã recluſus vir ſctũs ⁊ cecus: ꝓ pace eccleſie gallicane dñꝫ exoraret: angelus dei eidẽ in viſu aſtitit: ⁊ remigiũ ex zelina muliere naſciturũ nũciauit: qui gentẽ ſuã a maloꝝ incurſibus liberaret. Qui cũ euigilãs viſa zeline narraſſet: ⁊ illa vtpote iã anus hoc credere nollet: ait ille vir dei: ꝙ poſtꝗ puerum ablactaret: oculos ipſiꝰ ceci lacte ſuo ꝑungeret: ⁊ cõtinuo viſum recuperaret. ¶ Cũ autem hec oĩa per ordinẽ cõtigiſſent: remigius mundũ fugit: ⁊ monaſteriũ introiuit. Creſcente aũt eiꝰ fama cũ eſſet annoꝝ. xxij. ab omni pplo in remenſem archiepm eſt electus. Tãte aũt manſuetudinis fuit: ꝙ etiã ad mẽſam eius paſſeres veniebant: ⁊ de manu eius ciboꝝ reliquias comedebant. ¶ Quodã tẽpore hoſpitatus in domo cuiuſdã matrone: cũ illa modicũ vini haberet. Remigiꝰ cellariũ introiuit: et ſuꝑ dolium crucem fecit.